Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

gressus est ad eum helyachim filius hel-
chie qui erat super domum, et sobnas scri-
ba, et iohe filius asaph a commentariis.
Et dixit ad eos rapsaces. Dicite elechie.
Hec dicit rex magnus assyriorum. Que est
ista fiducia qua confidis. aut quo con-
silio et fortitudine rebellare dispo-
nis. Super quem habes fiduciam quia reces-
sisti a me. Ecce confidis super baculum
harundineum confractum istum super egyp-
tum. cui si innisus fuerit homo intra-
bit in manum eius et perforabit eam. sic pha-
rao rex egypti omnibus qui confidunt in
eo. Quod si responderis michi in domino deo
confidimus. nonne ipse est. cuius abstu-
lit elechias excelsa et altaria et dixit
iude et ierusalem coram altari isto adora-
bitis. Et nunc trade te domino meo regi
assyriorum. et dabo tibi duo milia equorum
nec poteris ex te prebere ascensores eorum.
et quomodo poteris sustinere faciem iudi-
cis unius loci ex servis domini mei mino-
ribus. Quod si confidis in egypto. in quadri-
ga et in equitibus. et nunc numquid sine
domino ascendi ad terram istam ut disperde-
rem eam. Dominus dixit ad me: Ascende
super terram istam et disperde eam. Hystoria
manifesta est. et interpretatione non indi-
get. pleniusque in regum et in verba die-
rum voluminibus hec eadem scripta refe-
runtur. quod anno tercio osee filii hela
regis israel regnaverit elechias filius
achaz regis iuda. Viginti inquit
et v. annorum erat cum regnare cepis-
set. et xx. et viiii. annis regnavit in
ierusalem. et fecit quod erat bonum coram
domino iuxta omnia que fecerat david

pater eius. Et post paululum: In domino deo israel spe-
ravit. et post eum non fuit similis illi de
cunctis regibus iuda sed neque in his qui
ante eum fuerant. Adhesit domino et non
recessit a vestigiis eius. fecitque manda-
ta eius que preceperat dominus moysi. Unde et dominus
erat cum eo. et in cunctis ad que perce-
debat sapienter se agebat. Rebellavit
autem contra regem assyriorum. et non servi-
vit ei. In sexto anno impii salma-
nassar rex assyriorum cepit samariam
et x. tribus que appellabantur israel. et trans-
tulit eas in assyrios. collocavitque in
alamet habor: fluvii gozam in civi-
tatibus medorum. Post annos autem vii. id est
xiiii. anno elechie. rex assyriorum senna-
cherib ingressus iudeam. obsedit ci-
vitates eius munitas. volens eas cape-
re. Cumque obsideret lachis. misit ad eum
elechias nuntios dicens. Peccavi. recede
a me. et omne quod inposueris michi feram.
Cumque ccc. argenti et xxx. auri talen-
ta ad regis imperium persolvisset et frac-
tis ianuis templi domini. et lamminis eius
detractis. quas ipse affixerat. misit rex
assyriorum tarthan et rapsacen de lachis
ad regem elechiam cum manu valida ierusalem.
Qui cum ascendissent venerunt in ierusalem et
steterunt contra aque ductum piscine
superioris que est in via agri fullonis.
vocaverunt ad se regem. Egressus est autem ad
eos heliachim filius helchie prepositus
domus. et sobnas scriba. et iohe filius asaph
a commentariis. dixitque ad eos rapsaces.
Loquimini elechie. Hec dicit rex magnus
rex assyriorum. et cetera que in hystoria
continentur. In quo arrogantia est de-